



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

B. Torrellvs C. 16. Martii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

156 *Vitæ Sanctorum.* 16. M A R T.

ex cælo in orcum) præceps ivit. Iam publica infamia & scopulus audiebat castitatis, cùm ostento divinitus obiecto ABRAMIVS draconem vidit immani rictu columbam incutam deglutire, qui tamen mox medius ruptus aëri & libertati pavidam redderet. Hoc viso animatus, cùm & fugam lapsæ, & redditum resipiscentis non malus vates ominatus esset, ingenium ecce exerit, & id ætatis senex militem induit atq; urbem petit. Hic qui L. ipsos annos vinum nec libaverat, convivū instruit, mensæ neptem adhibet, quæque ad hilaritatem faciunt, omnia facit pius aucep̄s. Mox tamen captatā in tempore occasione, quis sit, aperit, cur venerit, exponit. Tum verò verbis DEO plenis aggreditur, & primò mirari, deinde nutare, tum cedere, demum manus dare Mariam cogit, quid multis? ad columbaria Eremi reducit. Quid ibi, ais, columba capta? nempe gemuit, *Ex virtus PP.*

B. TORRELLVS C. 16. Martii.

Petrum videre te alterum puta, cùm TORRELLVM vides. Nam & hic forte fortunâ gallum in humeros involantem, tertioque cantantem audit, flevit, resipuit, & ex Veneris, cui meliorem ætatem devoverat, mancipio cæli delicium factus, quidquid pauculis annis in urbe peccavit, LX. omnino annis

16. M A R T . Vite Sanctorum. 157
annis inter silvas damnavit. In his ciuiū
illi frequentia arbores, tectum cælum,
vestis setosum porci corium, arma, qui-
bus in se utebatur, catena ferrea, dili-
cīx pani & fons, cubile terra, plumæ
farmenta, cervical lapis fuere. Sic quoq;
non nisi tres horas somno, reliquum
omne noctis lacrimis transcripsit, tunc
etiam credo à gallo expergefactus. Vene-
ris flamas vel vēribus suffocavit, vel
gelidā extinxit. Sportulam lautam un-
dātamq; cū Papiensis Comes in Baccha-
nalia submisisset, hospiti eam servaturū
se promisit; is ursus fuit, qui ē manu
Divi cœnavit, dignissimus Bacchanali-
bus hospes. Atq; huic prædam cūm lu-
bens volens concessit, sed non perinde
lupo puerum. Eripuit enim hunc, pœ-
namq; lupis omnibus illisc morantibus
exilium indixit. Atq; hoc est, cur exuli
Senensi (cui redditum in patriam impe-
travit cælo jam receptus) cūm Divi ef-
figiem penes se habere hic percuperet,
visendum se cum lupo gremium pre-
mente præbuerit. Porro TORRELLVS
moriturus Angelum habuit monitorē.
Sciò habere eum tu quoque percupe-
res. Et verò nisi aures claudis, hodie
habes. Ex Ferrar. & Chron. Min.

S. HERIBERTVS E. 16. Mart.
Plendorem D. HERIBERTI, quo
Sive in aulā Otton, Imp. III, sive Pon-
tifi-